

In Textus POENITENTIALES solennium precum, A. M DCC XIII.

a SACRA REGIA MAJESTATE,
REGIS NOSTRI CLEMENTISSIMI, ordinatos,
Breves Dispositiones Homileticae.

Die I. (a. d. 24. Aprilis.)

Concio I.

TEXTUS, 2. Chron. 30: v. 8.



Xpositus est A; 1680. die III. Conc. I vid. pag. 335. seqq. Fasc.
Homilet. Dispos. Aboæ editi, qui & Holmiæ prostat.

Concio II.

Parasc. 1. Chron. 28: (al. 29:) 9. vid. Fasc. p. 447. quod David à Filio re-
quirit, idem ab omnibus in textu exigit.

TEXTUS, Psal. 95: 6, 7, 8.

Exord. Hebr. 3: 12, 13. vid. raic. p 393. & 609. egregie verba Apostoli
nos ducunt in pleniorum textus intellectum: in quo

Seria ad pœnitentiam exhortatio. Votum Psal. 51: 12, 13, 14.

Præcones V. D. in Novo Test. prophetice introducuntur ut vocantes, v. r.
& 6. conf. Hebr. capp. 3. & 4. ac excitantes gaudium pium, in Christo, *petra*
salutis v. 1, 2. 2. Sam. 22: 47. 1. Cor. 10: 4. *exultatio* a. fieret *in tremore*, Psal.
2: II. conf. Hebr. 3: 14, 15. & 4: 1, 2, II. Itaque pœnitentes

I. Devote se humiliabunt: v. 6. *Venite:* ad illum, qui summa pollet
MAJESTATE, v. 3, 4, 5. *incurvabimus nos*, cultu prorsus religioso, Psal. 5: 7.
facie in terram demissa, Psal. 132: 7. &c. *Et humiliabimus nos, mediis bugandis*
Psal. 72: 9. vertitur scepe *לְנִדְבֹנָה* / Psal. 22: 30. Esa. 43: 23. *falla pã lnd /*
Esr. 9: 5. *stetemus genua coram JEHOVAH:* sic occurrit vocabulum 2. Chron.
6: 13. est cultus Christo tribuendus, Rom. 14: II. Phil. 2: 10.

II. Divina beneficia celebrabunt: v. 6, 7. ut causas humiliationis:
quia (α) *Est JEHOVAH: DEUS* summus, cui omnis cultus debetur, Deut.
10: 20. 2. Reg. 17: 36. Matth. 4: 11. (β) *Factor noster;* cum ratione creati-
onis, Act. 17: 26. tum ratione regenerationis, 1. Cor. 12: 13. 2. Cor. 5: 17. Eph.
2: 10. (γ) *Est DEUS noster:* Psal. 67: 7. Immanuel, JESUS noster, cum omni-
bus suis beneficiis Matth. 1: 21, 23. (δ) *Nos populus pascui Ejus:* pascit nos
verbo & Sacramentis, Psal. 23: 1, 2. & 79: 13. Ezech. 34: 31. (ε) *Et grex manus*
Ejus: nos fovet, tuetur, gubernat, salvos facit, Esa. 40: II. Zach. 9: 16. Joh.
10: 4, 10, 14, 27, 28, 29. &c.

III. Cor suum non obdurabunt: v. 8. ubi (I.) *Obedientia prestanda:*

X

hodie

Urbicula 2.

hodie si vocem ejus audieritis: quāndocumque vocationis vobis gratia offerretur, Hebr. 3: 7, 13. quolibet die salutis 2. Cor. 6: 2. (2.) *Vitanda induratio*, ne sit cor perversum, *durum*, V. D. resistens, Act. 7: 39, 51. & 13: 46. conf. Exod. 8: 15, 32. & 9: 34. 1. Sam. 6: 6. Nehem. 9: 29. Prov. 28: 14. (3.) *Indurationis malum*: quod hic Psal. 95: 10, 11. exprimitur, NB. Num. 14: 21, 22, 23. *Locus Meriba*, sic dictus à contentione populi cum Mose, Exod. 17: 2, 3, 7. idem etiam appellatur *Massa*, quia ibi DEUS tentabatur, Deut. 6: 16.

Ujus, prolixè monstrantur, in primis de non differenda pœnitentia, Fasc. p. 394. seqq. & 611. ac ut ad vocem in textu vocantium: *Kommer*: nosmet invicem exhortemur, *Kommer/ wîj wîlje til HËrran igen* Hof. 6: 1. vid. parasc. Conc. II. diei II. A. 1712. ita omnes ex ejus diei textu, Jer. 3: 22. *Et wîj komme* 2c. *conclus.* 1 Reg. 8: 57, 58.

CONCIO III.

Parasc. Rom. 2: 5. vid. Fasc. p. 390. tremendus iræ thesaurus in textu effunditur. TEXTUS, Luc. 10: 13.

*E*xord. Ezech. 16: 51. Exprobratione hac pungit Propheta reliquias regni Judæ, postquam regnum Israelis, cujus sedes Samaria, jam deletum fuit, 2. Reg. 17: 6. eò quod politia Judaica, Ezech. 16: 2. cui Dominus diutius pepercit, pluraque contulit beneficia; quæ allegorice describuntur v. 3--14. longe gravius peccaverit, v. 15--34. denuntiatur illi pœna, v. 35--44. quam justam fore, demonstrat comparatione cum Samaria, *sorore majori*, quia amplius illius regnum, & Sodoma, *sorore minori*, quia exiguum illi dominium, v. 46, 47, 49. (vid. Fasc. p. 89.) NB. v. 51, 52. Abominationes Judæ fuere tantæ, ut per illas justificaverit sorores suas, h. e. minus culpabiles declaraverit, conf. Ezech. 23: 11. NB. Jer. 3: 11. proinde tanto magis de conversione essent solliciti, Ezech. 16: 60, 61, 63. Similis in textu comparatio, ubi

Tristiſſimum exemplum indurationis: *Vot.* Psal. 13: 4.

Chorazin civitas Galileæ, quæ non alibi, nisi sub hac maledictione, nominatur, vicina urbi Capernaum, versus orientem; *Bethsaida* pariter, versus occidentem: in his spectanda

I. Induratio ipsa: Uberrimam habuerunt civitates istæ gratiæ Divinæ mensuram: Capernaum media inter illas, Luc. 10: 15. civitas Christi, Matth. 9: 1. quia ibi habitavit, Matth. 4: 13. & tributum solvit, c. 17: 24, 27. ibiq; diligenter concionatus est, & miracula plura perpetravit, c. 8: 5. & 9: 2. Marc. 1: 21. Luc. 4: 23, 31. Joh. 4: 46. & 6: 59. &c. inde ad vicina loca percrebuit rumor, Matth. 4: 23, 24. maxime ad Chorazinos, qui propiores erant quàm Bethsaidini: ex his quoque tres Apostoli nati, Joh. 1: 44. apud illos JESUS itidem miracula fecit, Marc. 8: 22. Luc. 9: 10. verum nec prædicatione Christi, nec miraculis Ejus permoti, crediderunt: quod patet ex defectu pœnitentiæ in locis istis, quæ apud *Tyrios & Sidonios conspicua fuisset*, si hi ejusmodi virtutes vidissent; *has vero*
inter

inter illos factus testatur Christus, quia Judæi signa petunt, 1. Cor. 1:22. & per illa, tempore Christi, ad fidem ducebantur, Matth. 11:4, 5. Joh. 2:31.

II. Indurationis probatio: Convincuntur illius criminis Chorazin & Bethsaida, comparatione cum Tyro & Sidone, celeberrimis ad mare emporiis, Jos. 11:8. & 19:29. *illæ enim per illa miraculâ, si ea vidissent, excitati, penitentiam egissent in sacco: h. e. aspero cilicio, & cinere,* Job. 42:6. Jer. 6:26. Dan. 9:3. Jonæ. 3:6, 8. &c. Fuit namque in mente Divina certa notitia, quod se convertissent Tyrii & Sidonii, si tam superabundans mensura vocationis illis contigisset, conf. Ezech. 3:6. (*B. Hülfem suppl. brev. cap. 4. §. 6.*) Non tamen excusat Salvator Tyrios & Sidonios, qui per notitiam DEI naturalem Rom. 1:19, 20. & 2:14, 15. per commercia cum Judæis, 1. Reg. 5:1, 7--11. &c. & comminationes Prophetarum, Esa. 23:1. Ezech. 26:3. &c. in veri DEI cultû duci potuerunt, ideoq; erant ἀναπλόγητοι, & sua illos manebit pœna, in die judicii, Luc. 10:14. tolerabilior tamen præ illorum, qui sine pœnitentia Christi sermones audiverunt, ac virtutes Ejus viderunt: DEUS enim ex inscrutabili suo beneplacito, & indebita gratia, Rom. 11:33, 35. reservavit miraculorum copiam illi tempori, Esa. 35:5, 6. Job. 15:24. imprimis ovibus perditis, è domo Israelis, Matth. 10:5, 6. & 15:24. est proinde in textu gravissimum indurationis exemplum, Esa. 5:24. Ezech. 3:7.

III. Indurationis pœna: *Væ*, utrique civitati denunciatur, exitium temporale & æternum; illud cum aliis passi sunt, per cruenta Romanorum bella; hoc in ultimo judicio, quoad corpus animamque subibunt, Luc. 10:14, 15. Est enim h. l. *Væ* non commiserationis, sed maledictionis, ut Num. 21:29. Esa. 1:4. & 3:9, 11. Matth. 23:14, 15. &c.

Uusus: Epanorthoticus, justo zelo dirigendus contra impietatem, & detestanda horum temporum vitia, contentum V. D. avaritiam, luxum, scortationes, &c. &c. vid. Conc. I. die I. & Conc. II. die II. A. 1711. in Jer. 8:21, 22. & Ezech. 22:12, 13, 14. Certe non est sub sole populus, cui lux Evangelii clarior splendet, nec ex *Maximorum REGUM* statutis, cultus DEI magis ordinatus, quam in Regno Suetiæ; nec defuere admiranda DEI opera, quibus id ipsum servavit, ac illi benedixit, vid. *Epist. ad Ven. Cler. Aboens. 10. Decemb. 1710.* verû corruptissime in illo jam vititur, quod indurationis triste est argumentum, conf. Deut. 32:6. seqq. Fascic. p. 3. itaque Hof. 14:2, 3.

Die II. (A. d. 5 Junii.)

Concio I.

TEXTUS, Thren. 3: v. 39, 40, 41, 42.

IN illum extant Dispositiones homileticæ, Fasc. p. 188. seqq. & 431. seqq.

Concio II.

Parafr. 1. Sam. 14: 36. *Dixit sacerdos: accedamus huc ad DEUM; ad arcam DEI, v. 18. ad quam DEUS per sacerdotem dedit responsum Judic. 20:27, 28.*

inten-

Intentio sacerdotis optima fuit, ne praelium sine DEI nutu iterum suscipere-
Num. 27:2 i. sed propter temerarium Saulis iuramentum, 1. Sam. 14:24. nullum
responsum tulit, conf. c. 28:6. Certiorem nobis promittit Apostolus in textu
gratiam opemque, acclamando: *accedamus &c.*

TEXTUS, Hebr. 4: v. 16.

EXord. Hebr. 10:22. *accedamus cum vero corde &c.* hic versus ostendit, quales
sint qui *accedant*, vid Fascic. p. 375. *viam* vero monstrat v. 20. *recentem &*
vivam, intelligit fiduciam fidei, innitentis sanguini Christi, v. 19, 23. pro nobis
in carne oblatus v. 20. Eph. 3: 11, 12. *accedamus* inquit ad *Sacerdotem magnum*,
v. 21, hinc in textu proponitur

Accessus Felicissimus, Votum Psal. 5: 2, 3.

Deprædicat Apostolus compatiendi animum in Christo, v. 15. c. 2: 18)
videndum itaque

I. Ad quem accedamus: Ad *thronum gratiæ*; *Est Ipse JESUS Filius DEI*,
Sacerdos Princeps magnus, qui penetravit cælos, v. 14. Vocatur *ιδανθρον*, Rom.
3:25. sensu eodem conf. 1. Joh. 1: 1, 2. & 4: 10. cur autè thronus gratiæ vocatur,
patet ex dictis S:æ S:æ pio consideratis, Esa. 55: 3. Ioh. 1: 16, 17. Act. 15: 11. Rom.
5: 15. 2. Cor. 8: 9. & 13: 13. Eph. 1: 5, 6, 7. & 2: 7. 1. Tim. 1: 16. 1. Pet. 1: 13. Hebr. 2: 9. &c.

II. Accedentium requisitum: *Cum confidentia*; *μετὰ
παρόντος*, Erant Hebræi, ad quos scribit Apostolus, antea fideles, Hebr. 10: 32.
majorem ergo fiduciæ gradum requirit: conjunguntur confidentia & gloriatio
spei, c. 3: 6. de priori, 1. Joh. 3: 21. & 4: 17. de altero, Rom. 5: 11. 1. Cor. 1: 30, 31.
NB. Fascic. die III. Conc. III. A: 1690. p. 643.

III. Accedentium felicitas: *Ut accipiamus misericordiam & inveniamus
gratiam*: unum idemque; ferè in scriptura notant misericordia DEI, Ejusque gratia,
Eph. 2: 4, 7. sed quia hic non est gratia exigua, qualis Gen. 47: 25. ideo utrumque
adhibet Apostolus, Tit. 3: 5, 6, 7. innuens gratiæ incrementa ac dona uberrima,
Eph. 3: 14--18. Col. 1: 9, 10, 11. 1. Pet. 1: 3. 2. Pet. 3: 18. &c. idque *in auxilium op-
portunum*: 2. Cor. 6: 2. quod numquam non præsto sit, 1. Tim. 4: 8. maxime
tempore afflictionis, & in periculis, Psal. 91: 14, 15, 16. & 145: 18, 19. Hof. 6: 1.
Ut semper in gratia DEI simus, remissis peccatis, 1. Joh. 2: 12, 28.

Uusus: *Diasc.* De fundamento precum nostrarum Joh. 16: 23. *Elencht.*
contra infideles, 1. Joh. 4: 3. *Epanorth.* vitanda dissidentia in precibus, Jac. 1: 6, 7, 8.
Pædent. oremus confidenter in præsentis periculo, & tristi patriæ statu, Marc.
11: 24. pro *REGE nostro clementissimo*, Psal. 20: 2, 3, 4, 5, & 61: 7, 8, 9. & pro
populo, Psal. 28: 8, 9. & 29: 11. *Consolat.* ex 1. Joh. 2: 28. & 3: 21, 22. *conclus.*
ex Eph. 6: 24.

Concio III.

TEXTUS, Jerem. 14: v. 20.

Etiam hic expositus est in Fascic. pag. 538. & porro conferatur cum Psal.
79: 8, 9. Fasc. p. 473.

Die III.

Concio I.

Parasc. Thren. 3: 25, 26. vid. Fascic. Dispos. Homilet. pag. 476.

TEXTUS, Psal. 27: 14.

Exord. Esa. 26: 8, 9. Triplex hic fidelium erga Deum affectus: (1.) *Ἐπιθυμία* wānte/2c. Psal. 130: 5, 6. *via judiciorum* Dei, Psal. 27: II. docens *justitiam*, Esa. 26: 9. est doctrina salvifica de Christo, Ejusq; justitia, Rom. 3: 21, 22. (2.) *ἡφιέμενος* lust/2c. nomen JESU est desiderium animæ, Esa. 12: 2, 4, 5, 6. de hoc Psal. 14: 7. Esa. 45: 8. &c. (3.) *ἀσπιέμενος* begárar --- wáfar til Rígh/2c. Psal. 63: 2, 7. vid. Fascic. pag. 476. Idem urget Textus, in quo

Monitum Davidicum, in constantem Dei Expectationem:

Votum, Psal. 36: II.

Observant hic Interpretes, subitanam personarum mutationem; de se David. v. 13. *ego credo*, sed v. 14. *expecta tu*: alloquitur pium quemlibet, ut ejus exemplo discant confidentiam in Deum, v. 1, 8, 9, 10. idq; sub malis gravissimis, v. 2, 3, 5, 12. ut etiam in *terra viventium*, Deum *videant*, v. 13. Obf.

I. *Quem expectabit anima pia?* JEHOVAM: Est nomen Dei essentielle & summum, quo Deum Trinum veneramus, Deut. 6: 4, 5. Esa. 42: 8. Hof. 12: 5. &c. nomen Dei expectat David, Psal. 52: 11. Expectamus v. futura & absentia, Rom. 8: 24, 25. est Deus per æternam Suam omnipræsentiam, semper & ubiq; adest, Jer. 23: 23, 24. ideo *Dominum expectare*, est: bonum desiderabile à Domino misericordie expectare, Jac. 1: 17. cum itaq; Spiritus S. dicit: *Dominum expecta*, sine addito beneficio quod speramus, ut h. l. & Psal. 31: 25. & 37: 7. & 130: 5. &c. docet simul *silentium & humilitatem*, Pf. 26: 2. Esa. 30: 15. quod non præscribamus Deo, benefaciendi juvande modum vel tempus, Judith. 8: 12, 13, 14. sed sanctissimæ Ejus voluntati nos subjiciamus, Matth. 6: 10. Act. 21: 14. Sape tamen exprimitur, quid expectent pii a Domino: *in genere*: Ejus gratia & misericordia, Psal. 33: 12. Syr. 2: 8, 9, 10. benigna exauditio, Psal. 38: 16. & promissionum Divinarum impletio, Psal. 130: 5. Hab. 2: 3. &c. aliquando *in specie*: Divinum auxilium, Prov. 20: 22. NB. Esa. 25: 9. salus Domini, Gen 49: 18. Psal. 119: 174. brachium, h. e. confortatio nostra, & salus nostra, Esa. 33: 2. & 51: 5. refugium nostrum, Psal. 62: 2, 3. scutum nostrum, Psal. 33: 20. imo gloriosa Christi apparitio, Tit. 2: 13. & æterna felicitas, Esa. 64: 4. Hæc & plura, pie JEHOVAM expectantibus, promittuntur, Psal. 62: 6.

II. *Quomodo illum expectabit anima pia?* (1.) *Vebementer*, verbo *ἠσπάζω* expecta, respondet *ἡ ἀποκατάδοξις* Rom. 8: 19. Phil. 1: 20. erecto capite respicere ad illud quod expectamus, Psal. 121: 1. declaratur sic expectantium animus Psal. 130: 5, 6. NB. Esa. 26: 8, 9. (2) *Constanter*: *war tröst!* *πίπτει* esto *fortis*:

) (

notat

notat robore insigni rem aggredi & perficere, sine omni metu & pusillanimitate; ita Moses ad populum Deut. 31: 6. & ad Josuam Deut. 31: 7, 23. Ipse Deus ad eundem Jos. 1: 6, 18. fideles ad se invicem Esa. 35: 4. & 41: 6. *Constantia in expectatione*; exigitur quoque ab initio & in fine: *expecta Dominum*. Nunquam spes tua minuatur. Pariter bis Dan. 10: 19. *esto fortis*. Non sine emphasi ejusmodi repetitiones factæ sunt, e. g. Psal. 47: 7. Cant. 6: 12. Ezech. 33: 11. 2. Cor. 13: 5 &c. Cum Textu nostro convenit Psal. 42: 6, 12.

III. Expectationis fructus: multiplex ille est: *vid. membr. I.* sed hic peculiaris promittitur: *och war osforfarad*: Verû juxta Hebr. *Et confortabit cor tuum*: Ipse JEHOVAH, Quem tam anxie expectas, *corroborabit cor tuum*: (*) Est is patientiæ & expectationis fructus primus & svavissimus, quod *Deus cor confortet* piorum, NB. Esa. 40: 31. Est quippe Deus semper Suorum robur, Esa. 12: 2. ideoq; in expectatione, robur a Deo dari cupiunt, Psal. 22: 20. & 28: 7. & 46: 2. Jer. 16: 19. Illumq; sub cruce, appellant petram roboris sui, Psal. 31: 3. decus fortitudinis suæ, Psal. 89: 18. Nam virtus Domini, in infirmitate perficitur, 2. Cor. 12: 9.

Ufus: *Didascal.* A Deo solo, omne auxilium expectandum, Psal. 20: 8. Jer. 17: 7, 8. non conföderatis, non viribus propriis, fidendum est, Jer. 17: 5, 6.

Elenche. Contra illos, qui Sanctos quærunt sibi patronos: quæ Ruthenorum & Papistarum est stoliditas, Eccles. 9: 6.

Eparorth. Castiganda impatientia, & murmurantium querelæ, qui non didicere in spe & silentio, Esa. 30: 15. sub diurnitate belli & aliis oneribus, *expectare JEHOVAM*, Qui tamen solus est robur justorum in tempore angustia, Psal. 37: 34, 39. Verû abjicientes fiduciam in Deum, Heb. 10: 35. inter temere pravariçantes, Psal. 25: 3. inter hypocritas, & inter Dei obliviscentes, numerantur, Job. 8: 13, 14. NB. Prov. 24: 20.

Pædent. Ad constantem fiduciam in Dominum, petram roboris nostri, Psal. 62: 8, 9.

(*) *Sunt qui transferunt*: & confirmetur cor tuum: *urgentes accentuationem, que tamen sepe, & in libb. Merricu, habet suas exceptiones. Pro versione jam allata, stat: (a) Ipsa conjugatio hipbil, in qua est verbum וְנָחַם & confortabit; que activam regulariter habet significationem. Si transferendum esset: confirmet se: esset in hithpael, prout occurrit Ruth. 1: 8. 2. Chron. 13: 7. (β) Bis in hoc versu nominatur summû Agens & Consortans, JEHOVAH: & Psal. 31. bis legitur nomen JEHOVÆ, v. 24. ac optime coheret cum v. 25. Et confortabit cor vestrum, quotquot expectatis JEHOVAM. Cor a, humanum in bonum se confortare nequit, desperatum enim vocatur Jer. 17: 19. ideoq; cum confortatio tribuitur homini, confirmatio in malo sequitur, Deut. 15: 7. (γ) Versiones plures Latine habent: & fortificabit cor tuum Deus. Consentiunt aliarum linguarum accuratiores.*

62: 8, 9. dicamus: *expectando expectavi JEHOVAM*, Psal. 40: 2. omni die, Psal. 25: 5. Verum in illa fiducia, poenitentia & pietati omnino dabimus operam, Prov. 11: 23. & suo tempore Deus, jucundum dabit malorum exitum, Psal. 31: 5. Esa. 33: 2. vid. Fascic. pag. 607. *Beatus homo cui robur est in Domino*, Psal. 84: 6.

Consolat. Firma spe perseverantibus, erit Deus fortitudo & salus, Exod. 15: 2. Etiam REGI NOSTRO CLEMENTISSIMO, se & subditos in expectatione salutarem, textu hocce excitanti, erit JEHOVAH robur salutem, Psal. 28: 7, 8, 9. cor EJUS & subditorum confortabit; accinget MAJESTATEM EJUS robore, & humiliabit insurgentes contra ILLAM, 2. Sam. 22: 40. Sic in Deo, robore nostro, jubilemus, Psal. 81: 2. adde Psal. 43: 5. Conclusio ex 1. Pet. 5: 10.

Concio II.

Parasc. Jon. 2: 2, 3. Vidend. (1.) *Quæ Jonas invocavit? JEHOVAM Deum suum* non deos gentilium, c. 1: 5. sed in periculo servatus, c. 1: 16. & 2: 1. manum Dei agnovit, c. 2: 7. & oratione sua, spem plenæ liberationis ostendit, c. 2: 5. (2.) *Ubi?* in visceribus piscis, v. 1, 2. in obscuro carcere, & quasi in sepulchro vivo, quod *ventrem inferni* appellat: ubi terrores inferni illum torquebant, conf. 2. Sam. 22: 6. Job. 14: 13. Psal. 30: 4. non vero locum damnatorum intelligit, de quo Psal. 49: 15. &c. sed profunditatem & cor maris, Jon. 2: 4. (3.) *Quomodo?* Tria adhibentur vocabula: *Oravit*: idem verbû de anxie orantibus Num. 21: 8. 1. Sam. 1: 10. 2. Chron. 32: 20, 24. &c. *Clamavi ex angustia*: equidem clamorem sonorû, in ventre piscis edere non potuit, verû interna ac devota suspiria, clamores sunt in auribus Dei, Exod. 14: 5. Neh. 2: 4. & 9: 9. *Vociferatus sum*: de intensissima auxilii imploratione occurrit Psal. 30: 3, 4. & 72: 12. & 88: 4. (4.) *Quo successu?* duobus verbis illû indicat: (1.) *JEHOVAH respondit mihi*: In mare ejectus, c. 1: 15. & post in ventre piscis existens, expertus sum Divinam opem, v. 6, 7. (2.) *Exaudivisti vocem meam*: adeo erat auxilii Divini certus, quasi illud jam nactus fuisset, conf. v. 8, 10, 11. Ex Psal. 130: 1, 2. verba sua desumpsit Jonas.

TEXTUS, Psal. 130: 1.

Exord. Quindecim Psalmi, post centesimum nonum, habent hunc titulum: *שיר המעלות*, *Canticum graduum*: sive *Canticum graduale*. Sic verba sine controversia redduntur; sed cur illi 15, sic dicantur, variæ sunt sententiæ. Quindecim & illa, imo plures, numerari possunt; maxime probabilem apponemus: Certum est, Psalmos hos esse Davidis, vide titulos Psal. 122, 124, 131, 133. Etiam Psalmus 127. ab illo in Salomonis informationem, est scriptus. Multis nominibus commendandi sunt, ut sic *excellentissimi* merito vocentur: vid. voc. *המעלות* 1. Chron. 17: 17. Quando arcam Domini ascendere fecit, על

David è domo Obed Edom, in urbem suam, 2.Sam. 6:12. ad quam erant gradus, **הַמַּעְלָוֹת**: (idem vocabulum in-textu) per quos ascendendum erat & descendendum, Neh. 3:15. & 12:37. Ad quoslibet sex passus sacrificabant, 2.Sam. 6:13. Aderant quoq; cantores cum instrumentis musicis, 1.Chron. 15:16. ut ad singula intervalla, unus ex his *Psalms graduum* præcineretur: Sic ipse titulus usum eorū indicat; quemadmodum Psal. 30. vocatur *canticum initiationis domus*. In solennitate v. hacce, plures classes cantorum conjungebantur, 1.Chron. 15:17, 18, 19. in certos choros ordinata, Neh. 12:27, 31, 40. tuncq; principes Levitarum ac cantores primarii adfuerunt, 1.Chron. 15:16, 17, 18, 19. NB. v. 22. Si Psalmi hi graduum, superiori choro fuissent traditi, commodius juvari possunt versiones vernaculæ & Lutheri, quam si de altiori loco in templo, nondum ædificato, 1.Chron. 22:7--10. cogitaremus. Monstrantur autem in textu.

Gradus, quibus ascendamus ex profundis. Vocum Psal. 27:7, 8.

I. Anxia profundorum considerati. Vocab. **אֲפֻמִּים** in plurali tantum, non in singulari legitur, ad designandam multiplicem profunditatem. Eamq; (1.) *Peccatorum*: De Israelitis peccantibus dicitur, *profundarunt*: the *ford* upade sigh / Hof. 9:9. poenam vid. v. 15, 16, 17. conferuntur ibi cum habitatoribus Gibeæ Judic. 19. & 20. Capp. NB. glossa Lutheri in h. l. Hof. 5:2. juxta Hebr. *profundarunt se, recedendo à Deo.* Esa. 31:6. De *profunda* contra JEHOVAM *recessione*: Deus est in excelsis, peccatores in profundis. De onere peccati conqueritur David, Psal. 38:5--9. quod detrudit anxios fideles ad *portas inferni* Psal. 9:14. Esa. 38:10. impenitentes v. ad *profunditates inferni*, Prov. 9:18. Sanctissimus JESUS, cum sub peccatis totius mundi laboraret, dicit se *submersum in luto profundo*: venisse in *profunditates aquarum*, psal. 69:3. & e *profunditatibus eripi* rogat, v. 15. ac cum jam fructus passionis in prædicatione Evangelii annunciaretur, psal. 68:19. denunciata poena Judæis induratis, v. 22. promittitur salvatio fidelibus ex gentilismo: quod Deus illos educeret è *profunditatibus maris* v. 23. ab idololatria & abyssu peccatorum. (2.) *Miseriarum*: hæc ut multæ sunt, ita & profundæ; de profunda miseriarum fovea, Thren. 3:53, 54, 55. David *angustias multas & malas* vocat *abyssos terre*, psal. 71:20. *abyssus abyssum advocat*, inquit psal. 42:8. quasi esset in mari tempestuoso, ubi navis ex abyssu sublata, mox in aliam abyssum deprimitur. Concatenatæ sunt sæpe calamitates, psal. 107:25, 26. Tales comparationes psal. 22:6. Ezech. 26:19. NB. Jer. 38:6, 10. &c.

U/us: Contemplemur *profunditatem peccatorum*, in qua nostri temporis homines immerfi sunt, alt *öfver öronen*: *totus mundus in maligno jacet* 1. Joh. 5:19. *Zelo pio & prudenti, monstrare debet, quislibet ad cæcum verba faciens, detestanda vitia, quæ jam sub tempore castigationis crevere*, Esa. 1:5. Jon. 5:3. *in peccantium condemnationem & periculum totius regni; ut perjuria, cades,*

(cor-

scortationes, avaritia, invidia &c. universalis enim omnia occupat corruptio, Esa. 1: 6. vid. Fascic. pag. 200. Sed & *profunditas calamitatum*, in propatulo est. Rotundo tempore in pace, ab anno 1680. ad annum 1700. viximus: intra illud tempus Deus prædicatione verbi, & annonæ caritate, revocare nos voluit à profunda recessione, Esa. 31: 6. sed quia non meliores facti sumus, Ezech. 21: 13. rotunde quoq; ab anno 1693. calamitatum gravitatem, his viginti annis, nobis designavit Deus noster, per decessum AUGUSTISSIMORUM CAPITUM, per bellum diuturnum cum tot suis malis, famem, pestem, incendia, naufragia, feras, &c. Ignis iræ Dei, *magnam abyssum* jam comedit Amos. 7: 4. tot puta, provincias exteriores. Suo tempore intercedebat pro Israël Amosus v. 5, 6. Servata adhuc, per Dei gratiam, patriæ partes interiores; sed ne ducatur perpendicularum per medium regnum, v. 7, 8. & ut extrema evitetur vastatio, v. 9. utque Deus abyssos calamitatum exsiccare velit, Esa. 44: 27. corde pœnitenti quæramus JESUM intercessorem, Rom. 8: 34. Hebr. 7: 25. sanctoq; nisu contendamus ad secundum ascensionis gradum, qui est

II. Vehemens ex profundis, ad JEHOVAM clamor. Hoc fere unico, totus textus constat: & ne frustra David clamet, addit v. 2. *audi Adonai vocem meam* &c. Verbum *N* ⁷ *p* generale est, de intenso v. clamore legitur 1. Sam. 26: 14. 1. Reg. 13: 32. Prov. 8: 4. imprimis de constanti & ferventi Dei invocatione, 2. Sam. 22: 7. extensis ad Deum manibus Psal. 28: 2. maxime in calamitatibus, Psal. 57: 3. NB. Psal. graduum primus Psal. 120: 1. secundus Psal. 121: 1, 2. Ascendit oratio, descendit Dei miseratio. Quo profundius David jacet, eo ardentius clamat; & de fundo calamitatum profundo, devote cœlum scandit, Psal. 61: 2, 3. Non inanis erat Davidis clamor, qualis 1. Reg. 18: 27, 28. sed duo imprimis hic impetrare cupit: (1.) *peccatorum remissionem*, Psal. 130: 3, 4. (2.) *plenam sui & populi Dei liberationem*, v. 5, 6, 7, 8.

Ufus: Merito hic Psalmus est inter pœnitentiales; qui enim profunditatem peccatorum novit, omnino clamat, ne profundius mergatur, sed ut inde ascendat per gratiam DEI & meritum Christi, Psal. 86: 13. utque DEUS peccata in profundum maris præjiciat, Mich. 7: 9. vid. Fascic. pag. 209. Etiam calamitates immittit DEUS, ut eo ardentius oremus, Esa. 26: 16. nec de exauditione dubitemus, Ps. 34: 7. Accepta fuit DEO, oratio Josephi in carceris profundo, Gen. 3: 39. Davidis in spelunca, Psal. 57: 1. Jeremiæ in fovea cœnosa, Jer. 38: 6. Jonæ in ventre piscis; Trium virorum in fornace ignis, Dan. 3. Danielis in spelunca, Dan. 6. Petri, Pauli, & martyrum in carceribus; Hoc omnino nos, in profunditate miseriarum constitutos, excitet in spem & orationes vid. Fascic. pag. 382. & 401.

III. Divina gratiæ celebratio. Hunc gradum ipse titulus monstrat: vocatur quippe *Psalmus* hic, ut alii non pauci Davidici, *canticum*,

וְשִׁיר אֲשֶׁר בַּיּוֹם הַהוּא בְּעֵינֵי הַיּוֹדֵעִים, Judic. 5:1. Psal. 7:1. estque
 iudicium insignis latitiæ: Psal. 65:14. ut *plaudant, etiamque cantent* homines:
 Hinc in Scripturis, *canticum* plerumque usurpatur de Dei celebratione, verbis
 selectis & savi sono prolata, Psal. 33:3. & 40:4. NB. 2. Chron. 29:27. *canti-*
cum Jehove. Coniunguntur *Canticum & Psalmus*, Psal. 48:1. & 65:1. & 66:1. &c.
 Svavissimus hic est gradus eluctandi ex angustiis, cum sub ipsis malis, spe au-
 xilii Divini, in Dei laudes cor & os erumpunt. Ita David Psalmos quosdam
 lamentationibus plenos, vel laudibus claudit, ut Psal. 7:18. & 30:13. & 54:
 8. &c. Vel illas querelis inspergit, ut Psal. 28:6, 7. & 56:11. &c. Sic & pas-
 sim apud Prophetas, iunguntur verba querula & Dei laudes, Esa. 63:5, 6, 7.
 Thren. 3:19, -- 22. Habac. 3:16 -- 19. &c. Jon. 2:8, 10. Orat. Manass.
 v. 9, 14. &c.

Ufus: Quemadmodum gradus hic inter supremos est, ita ad illum raro ascen-
 dunt profundis pressi calamitatibus, omnia querelis & lamentationibus im-
 plent; Pii quandoque verba duriora in anxietate emittunt, Psal. 106:33, e. g.
 David, Psal. 13: v. 2, 3. sed mox se erigit, & Dei laudes cantat, v. 6. conf. Psal.
 31:13. cum v. 15, 20. Ecclesia clamat, Esaj. 49:14. mox a Divina misericor-
 dia recreatur, v. 15. Ecclesiæ nostræ, diebus pœnitentialibus, peccatorum gravi-
 tatem profundis gemitibus agnoscunt, statusque nostri miseriam deplorant;
 tamen devote concinunt: *Te DEUM laudamus.* Apostoli requirunt simul oratio-
 nes & Dei laudes, Phil. 4:6, Jac. 5:13. &c. In Dei laudes excitamur, conside-
 rantes beneficia spiritualia & temporalia. Illa, utpote maxima, nobis DEUS
 quotidie offert & confert. Si quid in temporalibus patimur, recogitando
 priora secula, deprehendemus annorum felicium & beneficiorum numerum,
 longè superare tempora tristia; cumque id omne ex immensa Dei bonitate no-
 bis contigerit, continuæ laudationis causæ nunquam de erunt, Ps. 34:2, 3. &
 103:1 - 5. &c. Cumque magna Dei opera, in nostram salutem auxiliumque
 facta, grata devotaque mente recitamus, in misericordiæ & omnipotentæ Eius
 laudem, ostendimus spem nostram ex profundis ascendendi; ita David Psal. 44:
 2-9. & 66:5. seq. NB. Psal. 85:2 - 5. Propheta enumerat mirabilia Dei, Hab.
 4:3. seqq. ut animum confirmaret contra imminentes calamitates, v. 16, 17.
 & pararet in Dei salvatoris celebrationem, v. 18, 19. Conclusio ex Ps. 34:4, 5, 6, 7.

Concio III.

P *Arasc.* Prov. 18:10. vid. Fascic. pag. 444.

TEXTUS, Psal. 37: v. 39, 40.

E *Xord.* Nahum, 1:7. vid. Fascic. pag. 647.

Propos. Auxilium à DOMINO certissimum. Vot. Psal. 28:9.

L *Juvandi:* vocantur uno vocabulo *Iusti*; quinam hoc titulo a Spiritu

S. ornantur vid. Fascic. pag. 670. illi enim qui per fidem in Christum, Gen 15: 6. Rom. 3: 23, 24. DEO sunt accepti, & justitiæ student, Tit 2: 12. sic vocantur: conf. Matth. 5: 20. & 25: 37. &c.

I. *Auxilii certitudo*: quia (1.) *Est a Domino*, men *J Erren* hielper 2c. Heb. *Salus justorum est a JEHOVAH*, Psal. 3: 9. & 7: 2. &c. (2.) *Verbis emphaticis promissum*: *JEHOVAH est robur eorum in tempore angustia*, Psal. 9: 10. & 10: 1. *Biständig*/ Hebr. *auxiliatur illis JEHOVAH*: hominum enim auxilium vanum, psal. 60: 13, 14. *och hielpa them / Er ripiet illos*, ex presentissimo periculo extrahet, ac si quis stricto gladio alterius vitam servat ab inimico, Psal. 17: 13. iterum addit: *Er ripiet illum ab impiis*; Repetitio ostendit magnitudinem ac certitudinem beneficii, Psal. 121: 1, 2. Denique dicit: *& servabit illos*: salutem illis præstabit ab omni malo, Psal. 34: 7. imprimis ab hostibus, Psal. 7: 2. Esa. 63: 9. &c.

III. *Juvandorum character*: *Quia in Domino confidunt*, 1. Chron. 5: 20. Psal. 2: 12. & 5: 12. vid. Fascic. pag. 42. &c.

Ufus hinc facile erui possunt; vid. Fascic. pag. 307. & 543.

Die IV. (a. d. 28. Augusti 1743.)

Concio I.

Parase. 1. Chron. 17: (al. 18.) v. 27. *Quia Tu O JEHOVAH benedixisti domui servi Tui, ideo erit benedicta in æternum*: æterna est misericordia Tua, c. 16: 34, 31. maxima potentia Tua, Psal. 135: 6. promissiones Tuæ firmissimæ, Rom. 11: 29. Ideo benedictionem promissam, omnino spero: 1. Chron. 17: 10, 14.

TEXTUS Deut. 26: v. 15.

Exord. Esa. 57: 15. vid. Fasc. pag. 467. Propheta, Majestatis Divinæ venerationem urget ex Dei habitaculis: ita quoque in textu: ubi

Solemnis populi oratio pro obtinenda benedictione. Voc. Psal. 67: 2, 3.

Capite hoc 26. describitur modus offerendi primitias cum confessione, in lætitia v. 1-11. deinde ratio decimarum trietericarum; quæ tertio quolibet anno offerebantur. *Triplex* n. genus erat decimarum: quotannis dabantur decimæ Levitis, Num. 18: 21. residuum rursus decimabatur, ut coram Domino consumeretur cum gaudio, Deut. 12: 17, 18. & 14: 22-26. anno denique tertio, qui vocatur *annus decimarum*, Deut. 26: 12. impenderent decimas in usum pauperum, &c. cum gravi protestatione v. 13, 14. quam oratione finiunt: ubi

I. *Benedictionis auctor*: *Coram Domino locuti sunt* v. 13. *Quem Deum suum* vocant v. 14. Benignū ejus aspectum implorant v. 15. *Et hār neder*; verb. *הרשע* de DEO usurpatum, notat attentum Ejus aspectum, Psal. 14: 2. vel iratum, Exod. 14: 24. vel benignum, ut h. l. & NB Psal. 102: 20, 21. Alia verba

verba de misericordi Dei aspectu, vid. Exod. 2: 25. 1. Sam. 9: 16. 2. Reg. 13: 14. & 14: 26. Zach. 9: 8. NB. Psal. 80: 15. Esa. 63: 15. Thren. 3: 50. Dan. 9: 18. adde Deut. 11: 12. Majestatem Dei venerantur; *Respicies ex habitaculo sanctitatis Tue de caelo*: Est Deus ubique praesens, 1. Reg. 8: 27. Jer. 23: 24. sed ad designandam Ejus gloriam & majestatem, caelum thronus ejus appellatur 1. Reg. 8: 30, 32. Psal. 11: 4. Esa. 66: 1. Matth. 6: 9 &c. Etiam h. l. sic loqui amat populus, quia benedictio à caelis dari dicitur, Gen. 49: 25. Deut. 28: 12. & 33: 13. Mal. 3: 10. conf. Jac. 1: 17.

II. *Benedictionis objectum*: (a) *Populus Israël*: qui ut benedictionem consequeretur, se populum Dei appellat: cui Deus benedictionem impertiri voluit, Num. 6: 23, 27. in temporalibus v. 26. in spiritualibus v. 25. ut aeternam haberent pacem v. 26. add. psal. 115: 12-16. (b) *Terra a DEO illis data*: quae sine Dei benedictione sterilis foret, psal. 107: 34. aut DEO benedicente, copiosum fructum ferret, Gen. 27: 28. Levit. 26: 4, 5. Deut. 28: 4, 11. psal. 65: 10. seqq. inde dicitur *fluere lacte & melle*, Exod. 3: 8, 17. &c. testantibus exploratoribus Num. 13: 28. & Prophetis Ezek. 20: 6. *Lactu* nomine veniunt necessaria, *mellis* v. quae lauta sunt, Deut. 32: 13, 24.

III. *Benedictionis fundamentum*: (a) *Quia terra ista illis a DEO erat data*, ideo & illius curam gereret Omnipotens, psal. 145: 9. donum quippe Ejus irrevocabile est, Rom. 11: 29. (b) *Quia juramento donum hoc erat firmatum*, Jer. 11: 5. Deut. 7: 12. & 8: 18 & 9: 5. promissio enim juramento confirmata, infallibilis est, Gen. 22: 16, 17.

Ufus. Terra, quam nos ex Dei gratia inhabitamus, Actor. 17: 26. in non paucis, cum terra Israelitarum conferri potest, Deut. 8: 7, 8, 9. itaque *ut vera religione & antiqua regione frui possimus*, a nobis requiritur vera poenitentia, cultus Dei non fucatus, & vitae integritas; quod prolixè docetur ex Jer. 7: 3---7. in Fascic. pag. 407. usque ad pag. 473. Conclusio ex Syr. 50: 24, 26. vid. Fascic. pag. 696.

Concio II.

TEXTUS. 1. Reg. 8: 57, 58. Expeditus est in Fascic. pag. 333. & conferenda quae in Psal. 85: 1-9. habentur Fascic. 222. & 677.

Concio III.

TEXTUS. Esa. 30: 18. Suam habet expositionem Fascic. pag. 542. seqq.

Nolumus, antea in eisdem textus elaborata typisq; vulgata, reperere; neq; prolixas nunc adornare meditationes permittunt pericula terris nostris imminentia. Avertat illa benignissimus PATER COELESTIS, ut in tranquillitate, solennia precum transigamus, ac propter *Usum* Ejus DOMINUM JESUM, exaudiamur, εις ευχαισπον βοηθειας! Hebr. 4: 16. S. D. G.

Handwritten signature: Johann Baptist...
①
Handwritten text below signature.

Ro. Saarnal
Dispositiones

KANSALLISKIRJASTO-KANSALLISKOKOELMA



120 102 1472

